



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

XXVIII. † Linnensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

Crucifixus gigantea statura Reliquis refertus fixus est cum B. V. Mariæ, & dilecti Apostoli Ioannis staturis gigantea planè statura. Ipsa quidem corporum moles aliquid deformitatis præsert, quia Reliquis tamen Crux referta creditur, celebrioribus meritò accensetur. Quanti porrò Maiores nostri mausolæum hoc æstimarint, tum ipse tholus quo operitur, tum circumiecta crates, & candelabrorum multitudo argumento sunt posteritati.

XXVIII. ✠
L I N N E N S I S.

Cruc Linnen. Annua processione celebris. **L**innæ, inferioris diœceseos Coloniensis oppido, parochialis B. Margaritæ Ecclesia, crucem habet miraculis, & annua supplicatione celebrem, in qua solebant pro Concione, eius miracula prælegi. Hic Indulgentias etiam Linnensem crucem venerantibus, superiori sæculo concessas, vidi. Diploma Indulgentiarum sic habet.

Indulgentia crucis. **R**aphael Ostien. Dominicus Portuen Franciscus Prænestiensis, & Franciscus Albanien-

niensis Episcopi, Adrianus tit. S. Chrisogoni, cis Lin-
 Leonardus t. S. Petri ad Vincula, Petrus t. S. nensis.
 Eusebij, Laurentius tit. SS. Coronatorum &
 Adrianus tit. S. Sabine presbyteri, Alexander
 S. Eustachij, Marcus S. Mariae In &
 Sigismundus S. Mariae noua Diaconi, misera-
 tione diuina S. Romanae Ecclesiae Cardinales,
 vniuersis & singulis Christi fidelibus praesentes
 litteras inspecturis Salutem in Domino sempi-
 ternam. Quanto frequentius fidelium mentes
 ad opera Charitatis inducimus, tanto salubrius
 animarum suarum saluti consulimus: Cupien-
 tes igitur vt altare S. Crucis, situm in parochiali
 Ecclesia oppidi Linna Coloniensis diocesis, prope
 quod Altare, vti accepimus, quaedam venerabilis
 imago eiusdem S. Crucis seu Saluatoris Nostri,
 ad quam populus oppidi singularem gerit deuo-
 tionem, extat honorifice collocata, congruis fre-
 quenteretur honoribus, & à Christi fidelibus iu-
 giter veneretur, ac in suis structuris, & aedificijs
 deuote reparetur, conseruetur & manu tenea-
 tur, nec non libris, calicibus, luminaribus orna-
 mentis Ecclesiasticis & rebus alijs, inibi diuino
 cultui necessarijs, decenter muniatur. Ex quo
 Christi fideles ipsi eo libentius deuotionis causa
 confluant, ad idem, & ad reparationem, con-
 seruationem, manutentionem, & munitionem
 huius-

huiusmodi manus promptius porrigant adiu-
trices, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratia
vltcrius conspexerint se refectos, Nos Cardina-
les præfati videlicet quilibet nostrum per se sup-
plicationibus dilectorum nobis in Christo Ioan-
nis Haës ac Communitatis dicti oppidi super
hoc humiliter porrectis, inclinati, de omnipo-
tentis Dei misericordia ac BB. Petri & Pauli
Apostolorū eius auctoritate confisi, omnibus &
singulis Christi fidelibus vtriusque sexus verè
pœnitentibus & confessis, qui dictum Altare in
singulis videlicet Inuentionis, & Exaltationis
ac quæ ibi celebratur, Deportationis eiusdem
crucis, S. Margareta, necnon etiam quæ ibidem
& eodem in die celebratur Lancea & Clauo-
rum Passionis Domini Nostri Iesu Christi, festi-
uitatibus & diebus à primis vespers vsq; ad se-
cūdas vespers inclusiuè deuotè visitauerint an-
nuatim, & ad præmissa manus porrexerint ad-
iutrices pro singulis festiuitatibus & dieb. prædi-
ctis quibus id fecerint centū dies de iniunctis eis
pœnitentijs misericorditer in Dño relaxamus.
Præsentibus perpetuis futuris temporibus dura-
turis, in quorum fidem literas nostras huius-
modi fieri, nostrorumq; sigillorū iussimus ap-
pensione muniri. Datum Romæ in Domibus
nostris Anno à Natiuitate Domini M. D. XVII
die

Coloniensis.

49

die verò XVII. Mensis Augusti Pontificatus
SS in Christo Patris & Domini nostri Do-
mini Leonis Diuina prouidentia Papæ De-
cimi. Anno 5.

D. Valleden Protho.

Ioannes Halterc.

Locus 12.
Sigillorum.

XXIX. ✠

GODESBERGIENSIS.

Medio itinere, inter Godesberg-
Mensem arcem ac Bonnense oppi-
dum, Crucis affabrè structum occurrit
mausolæum, nunc belli Trucksesiani
iniuria miserè laceratum, Walramus
Archiepiscopus poni illud curauit, fu-
itq; huc, viâ publicâ, tantus olim ob mi-

Mulci-
tudo pe-
regrino
rū apud
crucem,
Go-
desber-
gensem.
Sedie

D

racu- VValra